



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXIV. Zeugniß des Richters und der Schöppen zu Osterburg über das  
Vermögen des unmündigen Dieterich von Krusemark, vom 13. Januar  
1345.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

CCC°. XLIII°. feria II. post Letare. Pro ista commissione dedit domino idem de hoenhus XX marcas.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. CXXXV.

XXIV. Zeugniß des Richters und der Schöppen zu Osterburg über das Vermögen des unmündigen Dieterich von Krusemark, vom 13. Januar 1345.

Nos Judex et Schabini in Osterborch in presentibus recognoscimus et protestamur, quod Thiderico, filio Thiderici dicti de Krusemark et ejus veris heredibus tres Marcas cum III lotis promissimus conseruare: pro ista pecunia nobis cautio sufficiens cum hereditatibus jacentibus est facta. Et dum ipse Thidericus predictus ad annos discretionis peruenerit, tunc predicta pecunia debet ipsi in Stendal coram iudice et Scabinis presentari, cum qua tunc temporis ad tutorem ad quem voluerit se dinertere potest. Et qui predictam pecuniam sub se habuerit, debet de ea in Stendal tempore suo dare exactionem, et si predictus puer Thidericus moreretur, tunc etiam pecunia predicta debet in Stendal coram iudice et scabinis presentari et diuidi juxta jus hereditarium ciuitatis Stendal. In premissorum testimonium sigillum ciuitatis Osterborch presentibus est appensus in anno domini M°. CCC°. XLV°. octaua die festi Epyphanie domini.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XLII.

XXV. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Kreuze ein Rittergut im Dorfe Gladegow, die Gerichte im Dorfe Hefewitz, Heubungen daselbst und das Patronat-Recht im Dorfe Rademyn, am 16. Januar 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Ob salutem et perhennem memoriam magnificorum principum marchionum brandenburgensium bone recordationis, predecessorum nostrorum animarum, nostre, heredum et successorum nostrorum, appropriauimus Religiosis et deo dicatis personis abbatisse, priorisse totique conuentui sanctimonialium claustri Creuefe, deuotis nobis dilectis, ordinis benedicti, verdensis dyocesis et etiam vt egestas et penuria earum, quibus ipsas perplexas fore nouimus, et ut cultus diuinus augeatur, quodammodo reueletur (sic), ex mera mentis nostre liberalitate appropriareque decreuimus: In villa Gladegow sex frusta cum omni iure, cum sex mansis et curiam in eadem villa sitam, cum agris aliis curie de iure pertinentibus, de qua olim seruitium dextrarii processit, seruitio eodem nunc deposito et incluso, cum supremo et infimo iudicio et iure patronatus ville eiusdem, sub modis, commodis, graciis et honoribus, quibus henricus et arnoldus, fratres